Feria Quinta post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

1/X

Baraniecki Gnosam Morsztynowa Quitt et Statuet

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Ca-
1830 pitan Praemyslien Gnosus Stephanus Baraniecki, sanus mente
et corpore existens à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictioni-
busq suis quibusvis, proprijs et competentibus recedendo,
praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictio-
ni quo ad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando,
atq subijciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit. Quia ipse suo et Gnosae Marthae Cerkowna
Consortis suae legitimae, pro cuius rati habitione cavet et
se praesentibus inscribit Nomine Gnosam Catherinam de
Osmowa olim Gnosi Stanislai Morsztyn Tribuni Sandomi-
rien Consortem relictam Viduam et ipsius Successores de
Summa Mille florenorum Polonicalium vna cum anaua
provisione sibi recognoscenti et eidem superscripti Gno-
sae Conti suae per eandem Gnosam Morsztynowa persoluta
per certum manuale de actu et data illius Praemysliae
Anno praesenti Millesimo sexcentesimo septuagesimo Primo
datt

data manu eius propria subscripta et Actis praesentibus roborata
ad solvendum assecurata, nec non de eodem ipso scripto manu-
ali, eiusdemque scripti Roboratione Inscriptione, ac omnibus
et singulis eiusdem Contentis, ob sufficientem et plenariam sibi
Recognoscenti et praefatae Consorti suae praestitam satisfactionem
et summae praefatae ac provisionis persolutionem quietat emittit
dimittit, liberatque et absolutam perpetuo pronunciat. Scriptum
hoc idem cum eius roboratione Inscriptione penitus mortificat et
annihilat, sibi suisque posteris ratione praemissorum per-
petuum imponendo silentium. Nihilominus is idem Reco-
gnoscens Nobilis Stephanus Baranecki, se ac suos successores
in et super bonis suis quibusvis omnibus, summisque pecunia-
riis quibusvis habitis et habendis Supraescriptae Generosae Catheri-
nae de Ostrow olim Generosi Stanislai Morszyn Tribuni San-
domiriensis Consorti relictae Viduae eiusque posteris inscribit et
obligat pro obtinentibus praefatam Generosam Martam Consortem suam
intra decursum Duodecim septimanarum cum personali sui
Regnum assistentia, ad approbandum per ipsam Inscriptionem
praesentem Quietationem, vel similem aliam suo pro Inter-
esse faciendum, ad acta quaevis authentica Regni Vim perpe-
tuitatis in se habentia, vel in eventum mortis successores
illius adducere et personaliter statuere, ab eaque vel eius suc-
cessoribus ut praemissa debite exequantur efficere, Idque
sub Vadio summae Mille florenorum Polon. percipiendum Reco-
gnoscenti sive eius posteris supraescriptae Generosae Morszynowa
vel eius successoribus ob non statutionem eiusdem Consortis
suae statuendae, vel in eventum mortis successorum illius
pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo.
Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac
pro re alioqua principali et praemissis non completa complendis,

præfataq[ue] Consorte sua non statuta statuend[o], Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Stephanus Baraniecki sive eius Successores, Ad Instantiam præfatæ Gnosæ Catherinæ de Ostrow olim Gnosi Stanislai Morsztyn Tribuni Sanclo minensis Consortis derelictæ Viduæ, vel eius posteriorum, ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense Ex-primi receptu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio, stare, Juri parere, respondere, Vadium præstationis luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur seq[ue] ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsens, illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio Militari admunimenta ad Quietem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Officii, præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis, evasionis, suspensionis, fatalibus Juris, præscriptione terrestri, bello Conventionisq[ue], ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia mediante.

Morsztynowa Baranieckie mu Scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibusq[ue] Castrensibus

Capitan[ealibus]